

qui sola accidentium commentatione fretus, principiorum materialium rationem ob oculos philosophantium collocare fatagit, vix quenquam reddet ἀμετάπτωτον, nî dirimat compositum, & artis ingeniosæ adminiculo, seorsim, mixti vinculis solutis, in partes constituentibus abducatur. An autem dicet quispiam in sua prima principia, Chymixæ ministerio, resoluet hominem is, qui eius notitiam indefesso studio perscrutatur? Ita verò est: & certè, qui sunt peritiorū Medicorū, apprimè in eo sciendi, vel veriùs scientiam parandi modo ab omni ævo strenuè desudârunt.

An homo possit in sua prima principia Chymicè resolveri.

1. de Elem. cap. 8.

Corpus ipsum Galenus quoque in partes dissoluit, organicas primùm, tum quæ sensus testimonio similes sunt, vnius duntaxat naturæ & essentiæ. Iam quæ diuersa est organorum συνθεσις, alia minus, magis alia composita, singula seiugantur, donec in partes abeant quàm maximè simplices, & naturæ similis. Fernelius vir doctissimus, Galenum secutus, id perquam eleganter delineat, & ceu Homericam catenam dissolueret, à maximè compositis,

1. Physiol. cap. 2. de Elementis.

tis,